KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION

FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

START

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part of this film may be reproduced without written permission from St. Louis University.


KP 23907




VTL_03465_01_0002.jpg

ANTONIVS PVCCI AMPLISS.
PATRI ET DOMINO D.
OLIVERIO CARAFFE
PRESVLI HOSTIEN.
SACROSCI SENA
TVS PRICIPI
S. P.
D.

Antonii Car: Caraffæ Bibliothecæ
Munus ex Testamento.



VTL_03465_01_0003.jpg



VTL_03465_01_0004.jpg

ea de te ab eo et audiui et percepi: nec eo
tpre mens nunq̃ quieuerit quoad nobis
fuerim occasionẽ qua paulo ad comune
cum alijs qui superioribus annis laudandi
diui Thomę munus suscepant / erga te stu-
dium declarare potuerim. Hodie uero sin-
gularem tibi ac perpetuã seruitutem pol
licear. Absoluto igr pro uiribꝰ publico orã
di munere ipam de laudibꝰ diui Thomę
orationem tuo nomini dedicatam amplꝰ
tuę nunc offero eo consilio ut quum hui
modi forte munusculum inter multos
alios libellos super sermium quod plerũq;
accidit oculis tuis occurret seruus quoq;
auctor Antonius Puccius in memoriam
reducatur. Vale.

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

[redacted]NTONIJ PVCCIJ CIVIS
FLORENTINI ORATIO
DE LAVDIBVS DIVI THO-
MĘ AQVINAT. IN TEMPLO DIVĘ
MARIĘ MINERVĘ ROMĘ AD PA-
TRES ET POPVLVM HABITA
NONIS MARTIJS.

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

[redacted]VM non sim nescius uirtu-
te doctrinaq; Patres amplis-
simi plerosq; ac fere omnes
qui hunc ascenderint locum
dicendi initio ualde solitos commoueri:
Fator tamen hoc tempore ita me pertur-
bari ut quantum uoluntate ad recensen-
dam diui Thomę uitam & mores impel-

Lari tantum timore detrahar. Primum q̄
apud uos mihi dicendum: quorum gra
uitate prouidentia usu consilioq̄ prędi
tos nescio quomodo intra se fremere ui
deo hanc ætatem tanto hominum con
uentui principumq̄ consessui non re
spondere. Alios uero doctrina iudicio
cognitione experientiaq̄ intentes non
parum de peritia sollicitari considero.
Quę cum adhuc non eo processerit ut
auditu aliquid dignum proferre possit
in lucem nunc doctissimorum sapien
tissimorúq̄ censurę ita temere commit
tatur. Deinde q̄ non facile ysce obiec
tionibus occurri potest quin insolentię
atq̄ arrogantię crimen incurram. Verú
ne audacter et absq̄ ullo prefidio tale
tantumq̄ discrimen subysse uidear pri
mum uenię & facultatis insuper for
tasse allaturum spero Salustianum il
lud non ætatem in huiusmodi negocijs
sed animum ducem in nobis atq̄ recto
rem spectari debere. Quem si in omnib
ys messe conspicimus qui ingenium et
quo nil melius nil amplius nil clarius
ab immortali deo ductum est colunt
atq̄ exercent ita in me situm sentio.
Vt plusculum forsan q̄ uires suppetat
humanitate uestra hodie sim apud
uos adepturus. Quum presertim since
ram potius Thomas fidem q̄ scientię
magnitudinem requirat. Pro loco. N. et

tempore alię atq; alię offeruntur occasiones quę ad iactationem muentę eloquentię uim sententiarum copiam orationis lumina efferre amplificare illustrareq; possint. Siquid tamen ornatus a me expectatur q; iampridem compertum habeo non satis libenter has uestras aures quemus sermonem nisi grauissimis ornatissimisq; uerbis suffultum ac illustratum audire tantum ab ys qui eleganter & copiose scripserunt accipere potero quantum uobis aliqua ex parte satisfacturum existimabo. Quum uero satis mihi persuadeam rebus quę exuberanti porrigente materia á Thoma subminstrabuntur degustatis uerba

uos uel aurea atq; melliflua paruifacturos ne tempus in excusationibus conterendo auribus stomacisq; uestris officiam, duo uobis degustanda appono genus primum uitę, deinde progressum. Quę duo ut libentiori tranquilliorię animo & ego apponere & uos excipere possitis ad almam Virginem recurrens, cuius auxilio é sententia cuncta auspicamur atq; perficimus, illius numen angelica salutatione imploro. Thomas plurimis maximisq; datis futurę eius beatitudinis ab infantia documentis Landulpho ac Theodorę parentibus nobilitate moribusq; preclaris cum eó ętatis iam peruenisset quo quidnam constrat nobis

quidue detrahat discerniere uix possimus duas uiuendi formas profanam ac religiosam secum ipse diligenter reuoluere accuratiusq; discutere cæpit. Cum. N. plurimas difficultates. labores incommoda pericula horrendam demq; corporis macerationem quibus religiosi inter qs ipse Neapoli degebat. astringebatur perspiceret: longe tamen magis nobilitas, quę perfecta in eo iuxta etiam Arist: undiq; fuit ab incunda religione animum remouere plurimum potuisset. Nam ut nobilem progenem qua hic ortus erat. immense diuitię consequuntur, ita neminem fuoit ex ijs uoluptates, libidines, ocia, sodalitates, conuiua, laxationes, omnia demum profluere quibus Thomas fruendis, q; omnium ea tempestate ditissimus erat, terrenas omnino uitam spectaret, qua uero ad celum perducimur damnaret, illam amplexaret, hanc respueret, illam singulari coleret studio, hanc demum contumeliose aspernaretur. Q si non omnes ita facile ad uoluptates natura ducuntur tanto hic erat ingenio preditus ut perspicacitate ac dexteritate omnium superasset aculeos naturę quoq; addétuum disciplinam: Quum uero nó singuli singulis dotibus á deo concessis uti uelimus tantę hic fortitudinis, temperantię liberalitatis, magnificentię,

affabilitatis / que omnia ad animum pertinentia unà inde proficiscuntur presagia ostendebat / ut si humanis rebus uacare instituisset / domi clarus / foris admirandus neq; rebus domesticis magis laudandus q̃ exteris facinoribus extollendus omnium iudicio extitisset: Sed proh bone deus q̃ recte hic memorię tenuit perq̃ difficile esse opibus non mores mutari: tenacissimeq; retinuit omnia hac nisi circa res diuinas æterneq; illius beatitudinis memoriam uersentur uana caducaq; esse. Quo. N. magis muliebribus delicijs impliciti claros nos beatosq; esse putamus / eo obscuriores miseriosq; tenebras nobis ipsi offundimus: Quo plus sapere credimus / eo magis desipere sentimus: Quo propius temporaneam laudem / gloriamq; comparando ad humana accedimus / eo longius á diuinis recedimus. Que quidem omnia cum exhamussim diuus hic perpendisset fluxa / uanaq; nobilitate rejecta illi adherendum censuit / quæ # post saxosum preceps / spinosumq; hoc iter obscuros / abiectosq; deo notissimo perpetuo reddit. Nequid igitur / ut plerumq; ille nostrarum mentium perturbator permittit / obijcis interciderit / parentibus inconsultis / fratribus atq; sororibus / nulli uel sociorum / uel affinium communicato consilio / domo egres-

sus & amplissima hereditate desecta
monasterium beati Dominici properat:
et ad pedes vicary prouolutus orat /
obsecrat / ac obtestatur ut si non ea qua
omnes dei ministerium professuri susci-
pi solent / aliqua saltem caritate reci-
peretur. O preclarum desiderium / o ar-
dorem in mensum ac pueri animo mi-
me parem. Non hic puerum pro more
aliter pertentaut / ut quem diuino af-
flatum Spiritu / ac superna ope plenu3
iam prius intellexerat / sed signo salu-
tis dato religionis uestem tantopere
flagitatam induit / rarus uniuersum
ordinem nulla eo regente naufragia
subiturum. Sed iam qua uirtute in

sententia perseuerauit / quandoquidé
tantum constantię Specimen de nul-
lo unq̃ alio legimus / aut audiuimus /
paucis obsecro intendite. Quis enim
unq̃ uir constantior? Quis fortior?
Quis grauior fuit q̃ noster hic diui?
Qui cum Theodoram parentem Nea-
polim aduentare intellexisset: ut eũ
omnino á proposito remoueret imi-
cam suę mentis ratus. Proh deum atq3
hominum fidem maternos amplexus
simusq3 reiecit: Matre tristi et mes-
ta Romam profiscit eo consilio ut
nisi illius mens mutaretur remotius
quoq3 migraret. Tam inopinatum di-
scessum Theodora non mediocriter

indignata ad vrbem ocissime consequitur. Vbi quum nullam eius uidendi potestatē habere potuisset, puerum parisios uersus ter facientem per insidias intercipiendum curauit quamprimumq; ad se adducendum. Quid hic agam? Tacitusne preteribo? An potius dicam? certe turpissimū reticere q̄ dicere pulcherrimum: Ad matrem adductus non modo amplexus eius sinusq; refugit, Sed ne eius quidem conspectum ferre potuit: Tanto ardebat desiderio seruorum dei non materne blandicie comitem esse. At illa nihilominꝰ spe perfringendę pueriles constantię rocę sucę ortus su oppido, uel religionis nomine interdicto occlusit. Vbi parum proficere uidet nunc maternis blandicijs, nunc uarijs uoluptatum illecebris, nunc opum honorumq; expositione, nunc terroribus ac minis: q̄ hec eam p̄sertim ætatem mutare solent: agebat. Sed, ō, uanum uanum inq̃, manemq; laborem. Quando enim quis rapinę intentus non sceleris magnitudine, aut conscientia maleficij, uel aliorum exemplo periculoq; ab instituto deduci non potest: quanam hic ratione á ministerio dei auerta debuerat? vnde ueras opes, honores, & gaudium, illudq; æternum reportaspexerat. Habet enim uirtus hoc se ut quum semel altas fuerit immixa radicibus nullo idu, nullaq; ui conatu,

diuellitue posſit. At quicquid temporis uacui ſub cuſtodia conceſſum erat ocioſis fortaſſe impurisq; ſermonibus impendebatur? Aſſidua certe aſſidua frugiq; lectione / Sanctiſſimis optimisq; preceptis omnia perſonabant. Ex quo mater quid maiorem quotidie de illius uirtute admirationem perſpiceret / timens tam pertinaciter diuino obſtare conſilio poſt biennium q̃ eripuerat ordini reſtituit. Videte obſecro Patres ac uobiscum diligenter perpendite quo iudicio / quo ardore / qua conſtantia cõ ſe Thomas uertent: Vnde fere omnes timore maioris periculi q̃ ſpe perficiendi diuertunt. Licet / autem hæc eadem uirtutis presagia in hercule illo prodiri apparuerit atq; extiterint / qđ in eo tamen laudabile fuit / in hoc admirabile? Quid dico? magis proprijs uerbis utamur / quod in eo humanum / in hoc niſi diuinum eſſe non potuit. Quid enim tam excelſum / ſublimeq; pueriliſ illa ætas concipere poterat / niſi diuino afflata imbutaq; ſpiritu? Vnde quę poſt deuictam matrem de illius uirtute perpendere poſſumꝰ / aut debemus? quam tantum in ipſo certamine diſtinxit atq; muniuit. Equidem ni fallor Patres (modo eadem animi attentione / qua uideo uos hactenus audiſſe / reliqua audiatis) aſſecuturũ me ſpero: Vt cum quantum noſter hic

diuus tum agendo tum contemplando sibi ac religioni contulerit, intellexeritas, non immerito eius beatitudinem & gloriam per totum orbem ab omnibus concelebrari iudicatum sitis: q̃ & non dubito id iam vos affirmare. Modestiam illem primus quam nostri Theologi vt Augustinus ait, humilitatem appellauere, dum inter suos alios q; uersaretur, mente animoq; adfixit ita excolere ac retinere vt quomodo seipsum deprimeret, alios exaltaret, iudoretur assidue cogitare. Nam quum Neapolim rediit iam religionem professus & inter suos non parua existimatione fulcitus, non modo quę sibi à maioribus demandabat

sed quę

sed quę alijs quoq; nullo respectu nobilitatis, uel doctrinę, uel opinionis habito, ipse subibat. Coloniam demde Germaniæ ciuitatem profectus Albertum cognomento magnum, qui publice illic Philosophiam, Theologiam & Mathematicas disciplinas profitebatur, audire coepit: Tanto silentio eius scolam frequentans, ut dum æquo animo contumelias quas ob taciturnitatem sibi pepererat, tolleraret, modestissimus omnium quos illa ætas uidisset, aut audisset reputaretur. Siquid tamen inter eundum redeundúq; è Gymnasijs cum condiscipulis ex ore deciderat, nihil ab eo cum contumelia, nihil non moderate, non beniuole dicebat:

Ita quidem ut auditores omnes quasi suauis
sima eius conuersatione fruituri, alacrio-
res quodammodo q̃ consueuerant in Gim-
nasium reuerterentur. At ille quum pri-
mum hostium more diebatur nullum pu-
tabat ludum esse iucundiorem q̃ disputa-
tionem, q̃ certamen disserentium de doc-
trina, q̃ extremam postea doctoris sen-
tentiam: Sepissime ut opinor secum re-
putans, non tam diuina ex Pithagoræ of-
ficina ingenia emanare potuisse, nisi cer-
to sibi indicto silentio: quo quę ab aliis
tantummodo dicebatur excepissent. Verú
enim uero quum ablata occasione prohi-
beri nequeat, ne aliquantum sese efferat
siquid in nobis præclarum, non potuit no-

ster Thomas post longum silentium quendam ex condiscipulis falso argu-
mentantem sibiq̃ in omni disputatione
contradicentem redarqueret, et quidem
non minus modestia, q̃ ratione conuin-
ceret. Iam Albertus quem uix aliquan-
discipulum credidissent optimum eua-
sisse doctorem aspexit: post hæc multas
priuatim discussis et publice disputatas
ut questionem difficillimam, ac penè
inexplicabilem proprio labore, diligen-
tiaq̃ enodaret, Albertus mandauit. Ipe
uero et si diuinam opem tanto oneri nó
defuturam speraret, quam nunq̃ frustra
implorauerat quoad poterat tamen ut
quam ab initio sibi modestiam proposue-

rat / ad extremum quoq; seruaret / renue-
bat. O temperantiam mauditam / o plusq;
humanam moderationem: obscuri alij sút
dum nequeunt reddere se illustres / Tu Tho-
ma tu omnium clarissimus / tacere in tene-
bris tubiq; soli clarus esse uolebas: occasio-
nem alij ostentandæ peritiæ concupiunt
quamuis se impares noscant / Tu omnium
peritissimus oblatam repudiabas / inoul-
catamq; aspernabaris. Præceptoris tamen
uictus precibus / cui nihil ingenio adole-
scente dignum est denegandum / omnia ex
eius se uoluntate facturum asseruit: atq;
ita Patres asseruit ut minus libere q̃ ei⁹
modi disputatio expetebat / modestius ta-
men q̃ ipsius quoq; institutum postulabat /

disereret. Ex quo tantam postea de eius
doctrina existimationem / ac famam per-
crebuisse intelligimus / ut nullum iam Gal-
liæ locum putem fuisse / ubi illius nomen
eo tempore occultum sit: Et quid dico
occultum? Imo quo non statim fuerit
celebratum. Quod iam ex eo facile collige-
re possumus / qd̃ non multo post Parisien-
si Gymnasio præpositus quum uix ætatis
annum ageret rem mehercule mauditam /
professionis Theologicæ insignibus donat⁹
est. Tum uero latissimum in omni uirtutí
disciplinarumq; genere campum discur-
rens / nil sanctius / nil Deo acceptius esse du-
xit / q̃ constantem ac perpetuam in iuuá-
do humano genere operam exhibere. Iam-

pridem enim cognouerat id quidem omnes
facere debere eamq; tum omnium summá
esse laudem / tum precipue religiosorum
migilare / cogitare adesse animo / semper
aliquid pro mortalium salute dicere uel
prestare. Igitur quod mirabile dictu est /
uideos aliquot grauissimis christianos
acutissimisq; rationibus peruertentes
non solum conuixit / sed ad suscipiendá
xi: religionem attraxit: errores plurimos / ac pernicios issimos uel inter religio
sos insurgentes sua sponte / mandato q̃
Summi Pont: correxit: & reses quę tum
pluribus in locis / tum in Grecia (ut latini sentiebant) ita astruebantur ut á ne
mine diruí posse uiderentur / prorsus

euellit. Quas uero / ne minus posteris q̃q;
contulisse existimetis / in scribendo uigi
lias? quas operas? quos labores impen-
dit? omnes Aristotelis libros tam in ea
lectica / q̃ in Philosophia compositos fi-
delissima expositione perstrinxit: Vni-
uersam Theologiam multo / assiduoq; la-
bore ita complexus: ut solus ex posterio-
ribus propagasse & ampliasse uideatur:
Omnia tum Veterum / tum posteriorum
errata immensis codicibus insectatus
est: Quid plura? quum ipsius ueritatis
lucisq; testimonium habeamus / Bene
inquit Christus scripsisti de me Thoma.
facile enim ex hoc etiam si nulla eius
extarent opera / ut certe plurima / ac

prestantissima in omni disciplinarum ge-
nere extant) colligi potest tam admirabi-
li cum atq; incredibili, & sane diuina #
scientia fuisse preditum, ut si omnes qui
ex eo tempore huius diuinæ scientiæ intel
ligentiam habuerunt, in unum conferant,
aut cessisse aut certe indiguisse ipso iu-
deantur. Vnum in presentia satis est ad-
monere quo facilius id quod alij senserint
nos quoq; credamus, sc. Plinianum illud cre-
di parem, ut omnino credendum # diui
esse mortalem uiuantem mortalem Tho-
mam uireoptimo appellatum esse diuus.
Quippe qui non soli suo ordini, sed omni-
bus quos ea ætas produxerat quosq; post
eam in sempiternum productura est tan-

tam utilitatem attulit quantam nulla ue-
tustatis delebile obliuio. Quid est
igitur? Rogabis fortasse quispiam q; pri-
uatus ille & tantum religioni deditus,
saco indutus, quotidianum quandoq; ci-
bum hostiatim mendicans, maiore apud
Deum comparauerit gratiam, q; qui & in
mundis hominibus honores, pompas, for-
tunas q; omnes impenderint? Cogitatio
sui cogitatio. Non facile enim ijs qui in
summo sunt positi plumbus q; distrahi
negocijs meditari finem aut contempla-
ri permittitur. At hic noster Diuus quic-
quid pro humano genere faciebat non
ut nomen apud posteros diuturnum re-
linqueret, laborabat. Sed ut sempiterno

quo ubi uera digna / solida exultamus
gloria frueretur. Contemplabatur eius
& recte quidem pulchrum esse / ut aut
ille famam sibi in hac uita perpetuam
comparare / ne tuum forte nomen in te-
nebris iaceret / nil tamen ad tandé pre-
terq; fabulam esse: quum uita functꝰ
nil audiat / nil sentiat / deq; humana
laude & gloria uoluptatis expers fiat.
Vnde Patres amplissimi tot clarissmõ
uiros / tot oratores / poetas / Reges & Prí-
cipes / quot legimus iam fuisse / quid a-
liud existimatis nunc esse nisi som-
nia quedam? Sed quid ego mortuos cõ-
sector? Contemplabatur ille quod qui-
dem grauius est uiuentes etiam non mi-

si somnia esse. Si enim puerorum floré
indolem acumen: Si adolescentium for-
mas uigorem ingenium: Si uirorum ui-
res / honores / dignitates: Si senum consi-
lium / auctoritatem / prudentiam con-
siderabimus / ac nobiscum diligentius
perpendemus profecto simul omnia
incerta mobilia fluxaq; esse comperie-
mus. Vnde nostram hanc / quam tanti
facimus humanam uitam / quid nam
esse dicemus? Dicam ego? Non audeo:
dicendum est tamen / somnium nos mi-
seros somnium: quod neq; res ueras &
plerumq; nec uerisimiles continet. Ige
queso ne postꝫ uideo uos diligenter
attendere. humanitate uestra abutar /

ex ipso Thoma exemplum/ testimoniúq;
summatur. Cum enim finem iam sibi ad-
esse perciperet/ magis magisq; quotti-
die morbo ingraueſcente identidem ad
ultimum ſpiritum repetebat: In manus
tuas Domine commendo ſpíritum meú:
Quid mihi nunc cum laboribus/ cum ui-
gilijs/ cum ſcientia/ uel rerum omniu3
diſciplina? Omnia prorſus omnia qd ad
me attinet uideo nunc peritura: neq;
reliquum níſi ut petam & obſecrem ani-
mam in tutiſſimo/ ac quietiſſima collocá-
ri. O verba nequaq; inania/ O preces &
bi & alijs ſaluberrimas: Vix ſpíritum
efflarat & corpus tantæ adeptæ beati-
tudinis clariſſima indicia patefecerat/

17

cum tot repente/ & tanta in dies egentí-
bus beneficia contulit ut ante illi pete-
re q̃ ipse intercedere/ ceſſarent. Nunc
diuum clariſſimo Thoma nunc dico atq;
affirmo tua minime fabulas eſſe mor-
talibus quum eum tenere te ſentiam por-
tum/ quem ab alijs maxima ex parte có
temptum tu unice tibi procuraſti & cu-
piſti. Quid ergo nobis faciendum ne ſi-
mus fabula uulgi? Ad te unum diue Tho
ma confugiendum qui perinde ac opti-
mus Gubernator deficientibus remigi-
bus ſalutare conſilium dare potes. Ego
uero quod ad me attinet ingenuis qui-
dem lachrimis te oro & obſecro/ uide
quantum pietatis tuæ confidam/ ut

pro omnibus qui tuas hodie laudes libentissime attenderunt: & in primis pro amplissimis his patribus qui tanto in hunc diem ardore studio fide celebrandi tui numinis causa quotannis conueniunt apud deum sapissime intercedas. Te uero oluieri pater optime non opus est nominem: nunq̃ enim Thomas obliuiscet tui. Quippe qui cum uita, bonisq; moribus ad ocium ac dignitatem uere seruandam mutatus fueris, ea semper probasti, sensisti, decreuisti, quę & communi omnium ocio & tuę dignitati conferrent: Qui difficillimis temporibus dei tamen iudicio necessarijs tanta patientia te gessisti, ut nihil in tuis consilijs

nimium, nihil parum uideri potuerit. Qui demum (non enim uereor alicuius notas incurrere) cum omnes ad quos tuum nomen peruenit, hoc idem fateantur, omni uoluntate, omni cogitatione tota mente huius diui sanctitatem intueris, beatitudinemq; contemplaris. Quod sane ad commutationem uitę intelliges, quantum deo acceptum fuerit: si ut hactenus fecisti (quod certe sperandum est) non opera, non consilio, non pietate, non uirtute desistes, ut hunc sequaris, hunc imiteris ac prope quotannis ut facis restaures: Sed iam finem faciam, satis. N. utrumq; ad alterius beneficium per se incitatum esse uideo: Duo tantum ab,

omnibus in presentia opto: Primum ut
si talis in dicendo non fui qualem for-
tassis quorundam ferebat opinio uras
de Thoma sententiam eius potius ute
scriptorum factorumq; q̃ uocis meę te-
stimonio conseruetis: Hoc mihi lętius
munere dari non potest: Deinde ut id
non temeritati sed uni cultui quem
erga hunc Diuum maxime institui &
ascribatis: ~ Dixi: ——— :~: ———



KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION

FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

END

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part of this film may be reproduced without written permission from St. Louis University.